

Ad virum Ornatissimum,

CHRISTOPHO-
RVM DEMANTIVM. MV-
SICVM DILIGENTISSIMVM,
COLLEGAM ET AMICVM.

VIRGO PARENS quo MAGNIFICAT *magnalia IOVA*
Nescio quid magni Numinis Hymnus habet.
Tàm res immensas humilis vis enthea mentis
Verborum gratâ cùm brevitate canit.
Fallor, an insequitur spatio post deinde relicto
Ordo Patrum, Matrum, Virgineúsq; chorus.
Quorum sancta MELE, magno ceu sidera Soli,
Ut gemmis aurum, cedere spontè liquet.
Et non majorum Pietas devota probetur,
Qua templis jussit saepè pieq; cani?
Et non, naturâ & curâ qui Musicus audit,
Hic cerebrum, hic operam collocet, atq; oleum?
Maecte, quod hic specimen DEMANTI produs apertum,
Quam cura pietas, Musica, templa, tibi.
Sit sua ab hoc, alijs quamvis rarissima, nisu
Gloria: laus restat non minor inde tibi.
Cepta tibi pia tela piè est: hanc gnaviter urge:
Consors divina laus tua laudis erit,
Musarum germana, DEO sata, MUSICA dulcis
Quod valet, id laudi conferat omne DEI.

JOANNES TIMÆUS P. C.
MELISSÆUS.

Faint bleed-through text from the reverse side of the page, including the name 'Christophorus' and other illegible words.